

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Sebastiani Castellionis Sacrorum Dialogorum Libri  
Quatuor, Quos Postremo Ipse Recognovit: Argumenta  
Singulis Dialogis Praeposuit, Et Sententias Sublicit ...**

**Châteillon, Sébastien**

**Francofurti, 1761**

**VD18 12886300**

Ananias.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18303**

## SENTENTIA.

*Veritas odium periculumque parit. Malo vate  
aut doctore nihil iniquius. Plerumque plus sa-  
piunt, & plus æquitatis habent inerudit, quam  
doctores. Pœnam si vis effugere, fuge culpam.  
Mitiora imitanda sunt exempla, immittiora decli-  
nanda.*

## ANANIAS. Jerem. 28.

## ARGUMENTVM.

Ananias Judæis liberationem ad bien-  
nium falso vaticinatur. Jeremias contra,  
graviorem insuper captivitatem prædictit, &  
ipſi Ananiæ mortem a Jova denunciat.

*Ananias, Jeremias.*

**A**udi tu Jeremias, una cum universo hoc popu-  
lo, quæ jussu Dei vobis denuncio. Ego (in-  
quit Jova optimus maximus, Israelitarum Deus)  
jam ruinpam jugum Regis Babyloniorum, & post  
duos annos referam in hunc locum omnia vasa  
templi, quæ Nabuchodonosor hinc ablata Babylo-  
nem deportavit: Jechoniamque filium Joachimi  
Judæe Regis, omnesque captivos Judæos, qui sunt  
abducti Babylonem, huc reducam fracto Babylo-  
niæ imperio. *J. a)* Utinam ita faciat Jova, &  
tua dicta omnia ad rei conferat, atque huc vasa  
sacra reportet: captivosque omnes e Babylone  
revolet! Verum audi, & quæ apud te & omne

popu-

*a) Quod tristia nunciant veri doctores, non ideo nu-  
ciant: sed quia vera sunt.*



## 158 DIALOG. SACRORUM

populum eloquar, trade memoriæ. Claruerunt ante me & te iam olim Vates, qui multis nationibus, magnisque regnis bellum, aut famem, aut pestem præsignificaverunt. Quod si quis aliquid secunda pronunciabat, ejus prædictum aut eventus a divino afflatu profectum comprobabatur aut frustratio refellebat. Hoc quia in hac vaticinatione futurum certo scio, malo te rei exitu confutari, quem mea oratione irritari. *A.* Cedo mihi istam torqueam: audite vero omnes, qui habetis, quid ferant mea dicta. Quemadmodum hoc ego collare perrumpo, ita Jovem scitote per fracturum dominationem. Nabuchodonosori post biennium. *J.* Nolo tecum amplius rixari. *A.* Abeas licet: ego hoc teneo & tenebo, ne trepidate Judæi, adventat certissimum vobis præsidium & salus. Bono animo este. *J.* Adsum tibi a Deo Anania, qui tibi me ita renunciare jubet: Vincula lignea, inquit, rupisti Anania, sed pro eis ferrea feceris: nam ego ferreum jujum collo imponam omnium istarum gentium, quo serviant Nabuchodonosori Babylonicorum Reges sub cuius ego ditionem etiam agrestes bestias subiunxi. Hæc sunt, de quibus te, Anania, Deus in eo ministerio præmonitum voluit. Sed non est, crede mihi Anania, non est, quod incitationem & peritonem divinam ostentes, & hunc populum spe inani erigas. <sup>a)</sup> Neque enim a Deo missus ades, cujus ego inflatu perniciem tibi proximam denun-

<sup>a)</sup> Qui aliis salutem falso vaticinantur, ii sibi perniciem vere venturam sciant.



denuncio, teque hoc anno vita defuncturum confirmo: quoniam tuis verbis deficiendi ab eo causa es.

## SENTENTIA.

*Mali doctores solent improbis fausta dicere, & quæ placeant. Boni contra. Hinc fit, ut boni invisi sint: mali amentur, & autoritate polleant. Veris Vatibus raro creditur ante eventum: præsertim si adsunt falsi Vates, qui veris contraria docent. Mali Vates dum pœnas improborum verbis leniunt, reipsa exasperant. Cum pervicacibus rixandum non est. Qui improbis blandiuntur, eos a Deo avocant.*

## SEDECIAS. Jereim. 38.

## ARGUMENTVM.

Jeremias consulenter se Sedeciam, Ju-  
dææ Regem, monet, ut se dedat Chaldæis  
alioquin venturum & ipsum & Urbem in  
miseram calamitatem.

*Sedecias, Jeremias.*

**V**olo ego te consulere super rebus meis, Jere-  
mia: sed noli me quicquam celare. **J.** Reim  
onnem tibi aperiam: sed ea conditione, ne me  
interimas, neve consilium meum repudies. **S.** Per  
Deum immortalem, qui nostros animos creavit,  
non perimam te, neque tradam illis hominibus,  
qui tuam necem cupiunt. **J.** Satis habeo: acci-  
pe iam, quod sit Dei consilium. Si te contuleris  
ad Principes Babylonios, & tuæ tuorumque vitæ

con.

